

Alii iohannem baptistam. Alii autem heliam. Alii uero hieremiam  
 aut unum ex prophetis; Dicit illis ih̄s; Vos autem quem me  
 esse dicatis. Respondens simon p̄tr̄us dixit; Tu es x̄p̄s filius di  
 uini; **R**espondens autem ih̄s dixit ei; beatus es simon bar iona  
 quia caro & sanguis non reuelauit tibi sed pater meus qui  
 in caelis est; & ego dico tibi quia tu es p̄tr̄us. & super hanc  
 petram aedificabo ecclesiam meam; & portae inferi non  
 praeualebunt aduersus eam. & tibi dabo claves regni  
 caelorum; & quodcumq; ligaueris super terram. erit  
 ligatum & in caelis. & quodcumq; solueris super terram.  
 erit solutum in caelis; **T**unc praecepit discipulis suis. ut non mi  
 dicent quia ipse esset ih̄s x̄p̄s; Exinde cepit ih̄s ostendere  
 discipulis suis quia oportet eum ire hierusolimam. &  
 multa pati a senioribus & scribis & principibus; sacerdotū.  
 & occidi & tertio die resurgere. **E**t assumens eum p̄tr̄us.  
 cepit increpare illum dicens; absit a te dñe non erit tibi  
 hoc; qui conuersus dixit p̄tro. uade post me satanas;  
 scandalum mihi es; quia non sup̄is ea quae di sunt. sed ea  
 quae hominum; **T**unc ih̄s dixit discipulis suis; si quis uult  
 post me uenire. abneget semetipsum. & tollat crucem suam.  
 & sequatur me; qui enim uoluerit animam suam saluam  
 facere. perdat eam; qui autem perdidit animam suam  
 propter me. inueniet eam; Quid enim prodest homini si  
 uniuersum mundum lucretur. animae uero suae detrimen  
 tum patiatur. aut quomodo dabit homo commutationem pro  
 anima sua. **F**ilius enim hominis uenturus est in gloria  
 patris sui cum angelis suis. & tunc reddet unicuique secundum  
 opera eius. **A**men dico uobis. sunt quidam de hic stantibus;  
 qui non gustabunt mortem. donec uiderint filium homi  
 nis uenientem in regno suo;